



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXI. Markgraf Ludwig vereignet der Stadt Soldin einige Einkünfte aus dem
Hufenzinse, am 25. Januar 1344.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

XX. Markgraf Ludwig verzeignet dem Domstift zu Soldin das Dorf Branden,
am 1. November 1341.

Ludovicus etc. Honorabilibus viris et discretis preposito, decano et capitulo collegii civitatis Soldin, deuotis sibi dilectis, gratiam suam. Pro consideratione penfantes continue per vos, propter oculariter cognouimus, diuini cultus obsequia ob fidelium saluationem altissimo prestita creatori et etiam in posterum facienda, vobis collegioque vestro, ob id, ut illustrium principum marchionum Brandenburgensium, predecessorum nostrorum bone recordationis, nostri, heredum et successorum nostrorum memoria perhennis per vos eo salubrius habeatur villam dictam Branden cum singulis suis pertinentibus qualitercunque nominatis, iuribus, consuetudinibus, libertatibus, graciis, commodis, honoribus et vtilitatibus quibuscunque eidem ex debito vel ex iure quomodolibet competentibus ex liberalitate et gracie nostre singularis sub modis, formis et condicionibus, sicut dictam villam strenuus miles Betekinus de ost, dilectus noster fidelis, possedit et habuit, appropriauimus et appropriare decreuimus presentium testimonio literarum. Nolentes contra premissam nostram appropriationem, propter per nos facta est, per heredes vel successores nostros, quod sibi preiudicare valeat attemptari. In cuius etc. Testes Swarzburg, Rischach, Hele, Wolfstein, Hufener, Bonbrecht. Datum vt supra, in die omnium sanctorum (M. CCC. XLI.).

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

XXI. Markgraf Ludwig verzeignet der Stadt Soldin einige Einkünfte aus dem Hufenzinse,
am 25. Januar 1344.

Nouerint etc. Quod nos Ludouicus etc. Consideratis defectibus multiplicibus consulum et vniuersitatis civitatis nostre Soldin eidem, ut defectus prenotati per nos quodammodo releuentur, XXVII frustra annuorum reddituum, sita in censu mansorum dicte civitati pertinentium, que nobis hactenus pertinebant, decreuimus per presentes cum omni iure, gratia, commodo et honore perpetuis temporibus possidenda. Renunciantes omni iuri etc. Pro qua quidem appropriatione ipsis facta memorate civitatis consules in nonaginta et quatuor Marcis argenti Brandenburgensis cum dimidia nobis satisfecerunt integraliter et complete. In cuius etc. Testes, datum, anno, loco, die vt supra (Datum Kiricz, Anno M^o. CCC^o. XLIII^o., die conuersionis s. Pauli).

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto) und Dickmann fol. 323.